

T. Munnius Nomantinus. | Quod universi v. f.³: T. Pomponium Bassum⁴,
claris|simum virum, demandatam sibi curam⁵ ab | indulgentissimo imp.
Caesare Nerva Traiano | Augusto Germanicó, qua aeternitati Italiae | suae
prospexit, secundum liberalitatem eius | ita ordinare, ut omnis aetas
curae eius merito | gratias agere debeat⁶, futurumque, ut tantae | virtutis
vir auxilió sit futurus municipio | nostro, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.⁶: |
Placere conscriptis legatos ex hoc ordine | mitti ad T. Pomponium
Bassum, clariss|imum virum, qui ab eó impetrent, in clien|telam amplis-
simaе domus suae muni|cipium nostrum recipere dignetur, | patronumque
se cooptari, tabula | hospitali incisa hoc decretó in domó | sua posita,
permittat. Censuere. | Egerunt legati: | A. Caecilius A. f. Quirinalis
et | Quirinalis.

Romae rep. in Quirinali, iam Florentiae, tabula aenea (VI 1492; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 875). — 1) *Consules videntur fuisse a. 104 cf. Martial. 12, 5, 10; Mommsen Hermae vol. 3 p. 125 sq.* — 2) *Senatum consuluerunt.* — 3) *Verba fecerunt.* — 4) *Idem supra N. 5840 (not. 1).* — 5) *Curam Pomponio Basso demandatam pertinuisse ad pecunias alimentarias perspicitur ex tabula Veleiate N. 6675 (= XI 1447) pag. 3, 15. 53.* — 6) *Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.*

6107 Sex. Sulpicio Tertullo | Q. Tineio Sacerdote cos.¹ | k. Sept. |
[c]olónia Iuli[a] Augusta [U]s[el]is hospiti|um fecit cum M. Aristio Ba[Z]-
binó Ati|niano eum[que] sibi liberis posterisq. | suis patro[num] coopta-
verunt. | M. Aristius Balbinus Atinianus hos|pitiū fecit cum populo
colon. Iuliae | Aug. Uselis, liberos posterosque eo|rum in fidem clientel-
lamque suam | suorumque recepit. | Egerunt legati | L. Fabriciu[s] Faustus
Hvir qq., Sex. Iunius Cassianus, C. Asprius Felix, C. Antistius Vetus
scrib.

In agro Caralitano, fortasse prope vicum Usellus, ubi Uselis videtur fuisse, rep., est Cagliari, tabula aenea (X 7845 vidit Mommsen; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 875). — 1) *A. 158.*

6108 Materno et Br[a]d[ua] | cos.¹ [k]al.² Novem. respublica Pom-
pelonensis | cum P. Sempronio Taurino | Dam[a]nitano³ liberis posterisq. |
eius hospitium iunxit eum|que sibi civem et patronum | cooptavit. | Ege-
runt T. Antonius Pa|ternus et [L.] Caecilius | Aestivus.

Pompaelone (Pamplona) rep. una cum N. 6104, tabula aenea (II 2960 semel descripta saec. XVII). — 1) *A. 185.* — 2) *cal. traditur.* — 3) *Cf. Plin. h. n. 5, 3, 24, Ptol. 2, 6, 63.*

6109 imp. Caes. M. Aur. Severo Alexandro | cos.¹ eidib. Aprilibus |
concilium conventus Clunien[s.] | G. Marium, Pudentem Cornelia|num leg.
leg.², c. v., patronum | sibi liberis posterisque suis | cooptavit ob multa
et egregia | eius in singulos universos|que merita, per legatum | Val. Mar-
cellum | Cluniensem.

Romae rep. in Aventino, est in bibliotheca Vaticana, tabula aenea (VI 1454 vidit de Rossi). — 1) *A. 222.* — 2) *Legatum legionis (septimae Geminae ut videtur).*